

SCRIPTA

Numéro Scripta : 9048

Auteur(s) : Richard III, Avranches (évêque)

Bénéficiaire(s) : Savigny-le-Vieux, Sainte-Trinité de Savigny (abbaye)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : [1170-1182]

Action juridique : notification

Langue du texte : latin

Analyse

Richard, évêque d'Avranches, fait connaître l'accord conclu entre Savigny et Roger Le Roux d'Avranches au sujet de la terre que Robert fils Robert de Brécey avait donné à Savigny en y devenant moine : avec l'accord de deux de ses fils, Guillaume et Gilbert, ledit Roger renonce devant la justice royale à Mortain à toutes les prétentions qu'il élevait sur cette terre et prête serment entre les mains de Robert de Fontenay de garantir cette aumône à Savigny ; il reçoit quatre livres mansois et ses fils chacun douze deniers. Son fils aîné Richard, qui était alors absent, a consenti plus tard à cette renonciation et a reçu deux sous mansois.

Tableau de la tradition

Copies manuscrites

D. Paris, BnF, n. a. lat. 1022, n° 47, p. 56-57. Copie du XIXe siècle

Dissertation critique

Transcription : Claude Groud-Cordray (Cartulaire de l'abbaye de Savigny ou Liber cartarum domus Savigneii, episcopatu Abrincensi, n° XLVII)

Richard III, évêque d'Avranches, 1170-1182. Cf. Roger, chantre d'Avranches, avant 1171- vers 1191.

Texte d'après D

Ricardus Dei gracia Abrincensis episcopus omnibus sancte matris Ecclesie fidelibus tam presentibus quam futuris in Domino salutem. Veritatis amatores ad veritatis testimonium facile producuntur, inde est quod suscriptam actionem nostro testimonio et sigilli nostri simul impressione roboramus. Noverint itaque omnes ad quos littere iste pervenerint quod Robertus filius Roberti de Briceio Savigneium veniens ad religionem quamdam terram quam jure hereditario possidebat, illam videlicet quod Odo Torcol de Surbie tenuit, Deo et abbacie Savigneii secum in elemosina dedit. Rogero autem Ruffo de Abrincis adversus monachos Savigneii super ipsa terram litem suscitante hoc denique modo litis ejusdem omnis fuit inter eos controversia sopita. Predictus Rogerus apud Moretonium coram justicia regis, Thoma scilicet de Berneriis et plurimi ejus assessoribus, prenominatam terram abbacie Savigneii quietam concessit et omnem quem super ea moverat litem absque retractatione in proprium remisit, presentibus et idipsum concedentibus duobus filiis ipsius, Guillelmo videlicet et Gisleberto. In cujus concessionis testimonium uterque eorum habuit XII denarios cenomannensium. Ipse etiam Rogerus, fide corporaliter prestita in manu Roberti de Fontineio affirmavit quod hanc elemosinam prefate abbacie garantizaret et si qua forte litis vexatio in ipsam terram obveniret, ille omnimodis eam tueretur et defenderet. Cujus rei gracia et assercione monachi Savigneii dederunt ei IV libras cenomannensis monete. Ricardus vero primogenitus filius ejus qui tunc temporis huic actioni non interfuit, ex pat [] conducto, postmodum apud Abrincas se presentem nobis exhibuit et prescriptam

patris suis actionem ratam habens pro suo concessit et ratis tabitatione II solidos cenomannensium a predictis monachis recepit. His testibus : Guillelmo archidiacono, Rogero cantore, Guillelmo thesaurario, Guillelmo priore Savignei, Thoma de Berneriis, Roberto de Fontineio, Radulfo preposito, Guidone de Basoges, Guillelmo de Ferreriis, Eudone Muisse.